



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Quòd secundum canonum & poenitentialium statua, poenitentiae dandæ
sint. cxlvii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

taxat, vt & Deo qui remissor est peccatorum confiteamur peccata nostra, & hoc perfectorum est, & cum Dauid dicamus: Delictum meum cognitum tibi feci, & iniustitiam meam non abscondi. Dixi, confitebor aduersum me iniustitias meas domino, & tu remissisti impietatem peccati mei. Sed tamen apostoli institutio nobis sequenda est, vt confiteamur alterutrum peccata nostra, & oremus pro inuicem vt saluemur. Confessio itaque quæ Deo soli fit, quod iustorum est, peccata purgat: ea verò quæ sacerdoti fit, docet qualiter ipsa purgantur peccata. Deus nanque salutis & sanitatis autor, & largitor, plerunque hanc præbet suæ potentia inuisibili administratione, plerunq; medicorū operatione.

De illis qui accipiunt pœnitentiam, & plus desiderant temporis constituti expletionem, quàm peccatorum remissionem. Cap. CXLVI.

Multi, quod non sine dolore dicendum est, in pœnitentia, non tam peccati remissionem, quàm temporis constituti expectant expletionem, & si carniū & vini vsus eis interdictus est, mutata non voluntate, sed eiusdem cibi aut potus perceptione, intantum deliciis suis indulgēt, vt deliciosius his interdictis, aliorum ciborū vel potionum appetitu viuere cognoscātur. Spiritalis autem abstinentia, quæ in pœnitentibus potissimū vigere debet, quorundam ciborum ac potionum perceptiones & desiderium fugere debet. Ille inquam, ille magis parsimonie seruire censendus est, qui sibi non solū quarundam rerum perceptiones, sed delectationes corporis penitus interdicit.

Quod secundum canonum & pœnitentialium statuta, pœnitentia danda sint. Cap. CXLVII.

Cum igitur omnia consilia canonum quæ recipiuntur, sint à sacerdotibus legenda & intelligēda, & per ea sit eis viuendum & prædicandum, necessarium duximus, vt ea quæ ad fidem pertinent, & vbi de extirpandis vitiis, & plantandis virtutibus scribitur, hoc ab eis crebrò legatur, & benè intelligatur, & in populo prædicetur.

Vt nullus iniustas mensuras, & pondera iniusta, & à ciuibus non collaudata, lucri causa dare præsumat. Cap. CXLVIII.

Vt mensuræ & pondera iusta fiant, sicut indiuisis le-
gibus censitum est, & in capitulari dominico continen-

*Ex pœnitentiali
Beda præf
byteri.*

*Ex cōcil.
Mogūti,
cap. 20.*

*Ex eodē
cap. 21.*